



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examinis Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Industria III. Examen Conscientiæ vulneribus Jesu Christi jungendum,
ejusque rei ratio, & praxis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

scilicet illum servaverit toto die. Evidem nihil video quod prohibeat, cum id a proficientibus praestari possit valde facile, & absque actuacionis periculo, idemque a fortiori de perfectis assero.

INDUSTRIA III.

*Examen Conscientiae vulneribus JESU Christi
jungendum ejusque rei ratio &
praxis.*

Pli ac spirituales viri excogitarunt plurimas, commodissimasque rationes Examinis conscientiae faciendi, ut partim planiorem illustrioremque ficerent hanc exercitationem in via spirituali, plusquam dici potest necessariam, partim ut ficerent etiam etiamque utiliorem, licet per se aliоqui utilissimam. Ex his, hoc loco, unam pono, quae est a vulnerum Christi Domini nostri applicatione, ad Examinis Puncta desumpta. Quinque sunt Examinis Puncta, Vulnera Christi itidem quinque. In prima Parte Examinis aguntur gratiae pro beneficiis. Primum Christi vulnus sit Gazophylacium in quo beneficia, nobis collata reponuntur. In secunda Examinis parte, petitur lumen ad cognoscendas animae, & conscientiae latebras. Secundum vulnus Christi sit Sol illuminans, quo postulatur & sumitur radius, ad illuminandas cordis tenebras. In 3. Examinis parte indigantur vitia & peccata. Tertium Christi vulnus sit speculum ad quod anima intuetur se, & omnia dicta, facta, cogitata, omissa sua speculator, atque ob-

V.P. Druzb. Op. IX.

B

liqui-

G. DR. C.
BICKI
Opere 128^a
Tomus
N. V
58

liquitatem eorum cum Christi JESU rectitudine confert, ut contraria juxta se posita magis elucent. In 4. Examinis parte, Contritione & detestatione abluuntur peccata omnia, præcipue nunc commissa, quod quia sine Christi JESU sanguine & meritis non sit, ideo Quartum Christi vulnus sit Contritionis balneum, in quo lavantur omnes iniquitates cordis. In 5. Examinis parte fit propositum emendationis, proponitur constantiae robur. Eapropter Quintum Christi vulnus sit petra refugii & munitio, ad quam anima confugit, ut sit tuta &c. Hæc conjunctio Examinis, cum JESU Christi vulneribus, auget in anima pietatem ad JESUM pro nobis vulneratum, reddit Examen Deo gratius, ad pellenda vitia efficacius, ad delenda peccata validius, animam ad profectum excitat, & corroborat, suavius Examen efficit, delectabiliorēque hunc laborem facit. Porro operæ pretium erit Primum hujus Examinis cum Christi vulneribus conjuncti hic apponere.

PUNCTUM EXAMINIS I.

Vulnus Christi Primum in Pede dextro.

Vulnus Sacratissimi Pedis tui dextri, dulcissime JESU, sit mihi gazophylacium donorum. 1. Naturæ. 2. Gratiæ. 3. Gloriæ. 4. Quibus abusus sum. 5. Quibus abs te tuaque gratiam donandus eram, & essem, nisi me indignum fecisset, & ficerem, ac denique omnium omnino beneficiorum totius vite meæ, ut in illo mibi conserventur, quoniam male illis est,

est, apud me, utpote qui illa dignè & stimare non sciens, facile illa negligo, dilapido, desperdo.

PUNCTUM
EXAMINIS II.

Vulnus Christi secundum Pedis sinistri.

Vulnus Sacratissimi Pedis tui sinistri Dulcissime
JEsu, sit sol meus, qui lucis suæ radium emit-
tat in animam meam, ut cognoscam. 1. Quis tu sis?
2. Quis ego? 3. Quid feceris mihi? 4. Quid debeam
tibi? 5. Quid sim mihi tecum, & quid sine te? utque
pervadam omnes perverfi cordis mei latebras,
& perspiciam omnia peccata mea, defleam illa digne,
& hujus tui vulneris pretioso sanguine abluam lu-
culenter.

PUNCTUM
EXAMINIS III.

Vulnus Christi tertium Manus sinistræ.

Vulnus Sacratissimæ Manus Tuæ sinistræ Dulcissime JEsu, sit speculum meum, in quo videam, & considerem peccatorum meorum vitiorumque numerum, gravitatem, fæditatem. Hoc enim vulnus à Te pro meis peccatis suscepimus est. Unde & meritò in eo dispici debent. Videam ergo in hoc nitidissimo speculo. I. Particularia hujus temporis.

2. COGITATIONES , an fuerint otiosæ,
vanæ, superbæ, impuræ, gulosæ, acediosæ , ac
tepidæ, iracundæ, absorptivæ, frustra solicitæ,

murmuratoriæ, inconstantes, respectuosæ, & ad spes, vel timores humanos attendentes.

VERBA. An fuerint superba, mordacia, iracunda, impetuosa, præcipitata, superlativa, ironica, immansueta, detractoria, exaggerativa, contumeliosa, mendacia, ambigua, simulata, adulatoria, affectata, otiosa, ridicula, officiosa.

OPERA. An fuerint nulla, non rectâ intentione facta, ad hominum gratiam, spem, laudem, metum, ad commoditatem propriam directa? Non debito loco, ordine, modo, absque attentione, devotione, pæsentia, & reverentia Dei, absque fructu, non cum prævia consideratione, electione, non ad regulas, nec cum adjunctione observationum solitarum, ex usu, temere, casu, contra, vel citra Dei, Ecclesiæ, superiorum, regularum præcepta, præter usum & vitam coïmnum, disciplinamque, contra officium proprium, vel propositum, cum scandalo, cum conscientiæ remorsu, cum languore, tœdio, distractione animi, ex judicio & voluntate propria, contra fraternalm charitatem, vel absque illa, cum effusione mentis, sine domino & præsentia sui, cum festinatione, & angustiis temporis.

3. **OMISSA** per negligentiam, inscitiam, effusionem ad unum, & impotentiam affectus, ob levem causam, & irrationabilem, ob dilatationem, ob neglectum ordinis, temporum & actionum, cum tamen debuerint, potuerint que fieri à me, in gratiam Dei, Proximi, & meum fructum, meritum, propter exemplum, obedientiam, disciplinam coïmnum. &c.

4. **ALIENA** mihi tamen imputanda, ob imperium,

perium, consilium, exemplum, authoritatem, dissimulationem, vel ejus spem, protectionem, participationem, non impeditio, negligentiā meā in officio, aliis vel notam, vel probatam, vel speratam. Item aliena quidem sed mea facta, ob indagationem meā, censuram, reprehensionem, non cui intererat narrationem, cui intererat non narrationem, ob non promotionem, & favorem, cū potuerim, & quo adjecto fieri potuisset, vel simpliciter, vel commodius, vel facilius, vel utilius, atque perfectius, interea verò facta non sint; vel si sunt, incompetenter tamen facta.

5. ORDO temporum, actionum, & in actionibus occupationibusque observationum. An scilicet servatus sit ordo temporum, & horarum punctualiter, & cum dominio mei? an item actiones peractae suo tempore, & omnes? an item omnes suo modo, & cum adhibitione perfectionum communium? ut sunt, prævisio, electio, deliberatio, conclusio, atque imperatio, Intentio, attentio, diligentia, fervor, intensio, perseverantia, sive constantia. Particularium quoque, ut sunt. Intentio defæcata, conatus heroicus, gradus perfectionis ultimæ, charitas, & resignatio sublimis & gratuita. Fervor in majori & atomica proportione major & major, nomine & affectu, & conatu omnium creaturarum, in unione meritorum appropriatorum Christi, Pretiosissimæ Parentis, Sanctorum omnium, sacrificativè, digne dignissimo Deo.

PUNCTUM
EXAMINIS IV.

Vulnus Christi quartum Manus dextræ.

Vulnus Sacratissimæ Manus tuæ dextræ Dulcissime JESU, sit mihi contritionis balneum, cuius virtute, & efficaciâ, & merito, defleo, & abluo omnia peccata mea admissa commissione, & omissione. 1. In Te. 2. In me. 3. In superiorem & regulam, & vitam communem, & officium. 4. In equalem. 5. In inferiorem. Cui ablutioni & dolori meo peto vel guttulam Sacratissimi Tui sanguinis, ex hoc manus Tuæ dextræ vulnere admisceri, & tuo Divino conspectui per Sanctum Angelum custodem meum offerri, à Te autem Domino benignissimo acceptari mihi veram emendationem vite, & emundationem abs Te indulgeri.

PUNCTUM
EXAMINIS V.

Vulnus Christi quintum lateris & cordis.

Vulnus Sacratissimi cordis tui Dulcissime JESU, sit mihi refugium, munitio, & defensio 1. Contra iram tuam. 2. Peccata omnia, præcipue mortalia. 3. Fraudes dæmonum, carnis, mundi amorisque mei proprii. 4. Damna corporis. 5. Damnationem eternam. Sit mihi etiam abyssus peccatorum meorum omnium, in quam ego, cum plena cordis detestatione atque dolore, abjicio, & démergo omnes omnino imperfectiones meas; nunquam inde extrahendas, aut revocandas. Tu tantummodo largire mihi, dulcissime JESU, expiissimo cordis tui vulnere, vel

vel unicam guttulam, sanguinis tui, in pignus & arrbam, peccatorum meorum omnium, abs te mibi in eternum remissorum. Include autem me in imis visceribus cordis tui, atque ibi me detine, excoque, excure, expurga, accende, ignefac, sublima, in cor-
dis tui naturam perfectè converte, ad purissimi cor-
dis tui gustum atque placitum, ad puram annihila-
tionem meam. Amen.

Quos delectat usus coronæ de vulneribus Christi Domini confectæ, hos etiam prædicta Examinis Praxis delectare potest, in quem finem in singulis Punctis quinque alia Puncta annotata sunt, ut pro numero globulorum in corona expendi hæc Puncta possint.

INDUSTRIA IV.

Examen Conscientiae, Divinis attributis, nec non
humanis imperfectionibus jungendum atque
condiendum.

AD superioris Industriæ normam, potest si-
mile condimentum Examinis Conscientiae fieri, desumptum à Perfectionibus Divinis, quæ in illa Præcellentissima Dei natura eluent, & cum nostri Examinis Punctis singulis analogi-
am quandam habent. Ita Gratiarum actio pro
beneficiis potest fieri Deo, ut omnium Princi-
pio, Principi, fonti, Domino, conservatori,
largitori, dignissimo.

Luminis Petitio potest fieri à DEO, ut est
Prima & æterna, incommutabilis lux, veritas, sa-
pientia, cuius oculi multò plus lucidiores sunt
super solem, considerantes vias hominum, &
absconditas quascunque partes. Inquisitio ipsa